MISSALE ROMANUM
Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh. Seite 191r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore





hic peccauit neq; parentes eius: sz ut manifestentur
opa dei in illo. Me oportet opari opa ei. qui misit me:
donec dies est. Venit nox: quando nemo potest opari.
Quamdiu in mundo sum lux sum mundi. hec cum dixisset exspu
it in terram: & fecit lutum ex sputo. & liniuit sup oculos ceci.
& dixit ei. Vade & laua in natatoria syloe: qd interpretatur
missus. Abiit g & lauit & uenit uidens; Itaq; uicini. &
qui uidebant eum prius quia mendicus erat. dicebant: Non
ne hic est qui mendicabat: Alii dicebant quia hic e: alii
nequaquam sz similis eius est. Ille dicebat quia ego sum.
Dicebant g ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi: Respondit & dixit.
Ille ho qui dicitur ihs lutum fecit & unxit oculos meos: & di
xit mihi. Vade ad natatoriam syloe. & laua. & abii & laui. &
uidi. Et dixerunt ei. Ubi est ille: Ait. Nescio. Adducunt
eum ad phariseos. qui cecus fuerat. Erat aut sabbatum. quando
lutum fecit ihs. & aperuit oculos eius. Iterum g interrogabant
eum pharisei. quomodo uidisset. Ille aut dixit eis. Lutum posuit
mihi sup oculos. & laui & uideo. Dicebat g ex phariseis qui
dam. Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit: Alii
dicebant: Quomodo potest homo peccator: hec signa facere.
Et scisma erat inter eos. Dicebant g ceco iterum. Tu quid
dicis de eo qui aperuit oculos tuos: Ille aut dixit: quia
propheta est. Non crediderunt g iudei de illo quia cecus fuisset & 
uidisset. Donec uocauerunt parentes eius qui uiderant: & inter
rogauerunt eos dicentes. hic est filius uester quem uos dicitis
quia cecus natus est: Quomodo g nunc uidet: Responderunt
eis parentes eius. & dixerunt. Scimus quia hic e filius noster
& quia cecus natus est: quomodo aut nunc uidet nescimus aut